

Solium

quem ego habui me patre tuum perfecte curasti: sic et nouercam tuam cura. Respondit filius patri. Pater mi dilecte licet sit eadem infirmitas non tamen eadem completio est tibi et sibi. Quicquid ergo tibi feci gratum et ratum habuisti: quando palacium intravi et me vidisti curatus fuisti. Nouerca mea quando me videt grauatur. Si loquor intenditur dolor: si tangam eam extra seipsam rapitur. Et ideo nihil magis expediat egris curandis nisi dare eis quod volunt et quod desiderant. Et sic per tales allegationes filius uasit et nouerca defuncta est.

R *Moralisatio*
 Aristimi. Rex iste potest dici primus parens adam qui locum et imperium habebat. scilicet paradysum quem deus dominum totius mundi constituit. *Psal.* Omnia subiecisti sub pedibus etc. Qui desponsauit pulchram uxorem. id est animam ad dei similitudinem creatam ex qua genuit filium. id est christum sua progenie producum quantum ad humanitatem. uxor. id est anima moritur spiritualiter per peccatum quod commisit: statim duxit alias uxores. scilicet iniquitatem et miseriam in quam cecidit per quam paradiso priuabatur: et in isto mundo ponebat ubi in sudore et labore uixit. filius dei qui erat de sua progenie secundum carnem de imperio celesti propter nostram infirmitatem et iniquitatem descendit qui factus est noster medicus omnes infirmitates curat nitentem quod fama eius in celo et in terra et in inferno uolauit. Sed pater noster adam graui infirmabatur per peccatum commissum tam in corpore quam in anima. In corpore perdidit gloriam et honorem quando de paradiso est expulsus. in anima: quod a deo separatus est in infernum collocatus. Deus uero optime et perfecte illum sua benedicta passione curauit. sed nouercam scilicet dyabolum cui per peccatum coniunctus erat nunquam uolebat curare. Sic tibi quare cum habuerunt eandem infirmitatem: quia ambo per peccatum ceciderunt. Ad hoc dico. Licet ambo peccauerunt tamen alio et alio modo: Diabolus sine suggestione et ex propria malicia. Homo uero per dyabolum temptatus et ex fragili materia plasmatus in peccatum cecidit et oleum misericordie percipit. Ideo medicus

Lij

dominus noster ihesus christus hominem curauit sed non nouercam scilicet dyaboli. Nouerca illa est causa quare filius dei a multis hominibus in aliam regionem mittitur: et ab eis expellitur. Sed e conuersa presentia diuina est causa moris dyaboli quia ambo se non compatiuntur.

De spirituali pugna et remuneratione pro victoria

Capitulum. cxlij.

M *Capitulum. cxlij.*
 Bonias regnauit diues valde: qui torneamenta et bastiludia multum dilexerat. Unde quoddam torneamentum fecit proclamari ut quicumque se in torneamento melius haberet mercedem condignam a rege obtineret. Hoc audientes nobiles et optimates ad torneamentum uenerunt. Rex ordinauit ut milites diuiserentur ita quod ex una parte plures ordinauit in certo numero et tot ex alia parte. Illi uero qui primo ordinati fuerunt omnia scuta sua et arma in loco ad hoc deputato per ordinem posuerunt. Rex precepit ut quicumque ex alia parte scutum alterius cum hasta tangeret: statim ille cuius scutum tactum esset ad torneamentum secus descenderet et una puella ad hoc electa illum armaret: et sic contra alium luderet: et si alium in ludo superaret: illo die corona regis coronatus esset: et regali mensa collocaretur. Miles hoc percipiens diligenter omnia scuta respexerat: et unum scutum uidit in quo erat tria poma aurea que miro modo habere desiderabat scutum illum tetigit. Alius autem cuius erat scutum statim a puella se armari fecit et descendit: et contra eum luit in quo ludo caput eius qui scutum suum tetigit amputauit et mercedem condignam accepit.

R *Moralisatio*
 Aristimi. Iste imperator est dominus noster ihesus christus qui contra dyabolum pugnauit primo in celo commissum est torneamentum. id est bellum inter deum et dyabolum qui michael et angeli eius preliabant cum dracone et postea in terra in die pasche. Sed redcamus ad propositum. Deus habet tria scuta seu signa. scilicet potentiam que est scutum patris sapientiam que est scutum filii: bonitatem que est scutum spiritus sancti. illa tria scuta deus

b ij